Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hi isti et unde venerunt ad te Et dixit Ezechias de terra longinqua venerunt ad me de Babilon Et ostendi eis omnia quæ in domo mea sunt Et dixit ad Ezechiam audite verbum domini exercituum Ecce dies venient et auferentur omnia quæ in domo tua sunt Et quæ thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc in Babilon non relinquetur quod dicit dominus Et de filiis tuis qui egredientur de te quos genueris tollent et erunt eunuchi in palatio regis Babilon Et dixit Ezechias ad isaiam Bonum est verbum domini quod locutus est quia fiat in pace et veritate in diebus meis Et Consolamini consolamini populum meum dicit deus vestrum loquimini ad cor hierusalem et advocate eam quoniam completa est malicia eius dimissa est iniquitas illius suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite in solitudine semitas dei nostri Omnis vallis exaltabitur Et omnis mons et collis humiliabitur Et erunt prava in directa Et aspera in vias planas Et revelabitur gloria domini et videbit omnis caro

Eloquimini populo

Eloquimini populo
ayadi 10
et aye 30